

va, compactaque sputa compescuisse: quod mox nedum in quanto, sint imminuta: verum etiam in sputa mucosa subpallida, ac dein in alba sint mutata. Potissimum etiam quod mane, per vomitum rediens opiatum serò assumptum, testaretur suspensam tussim, simulque generationem scretuum, copiâ & colore horridorum steterisse.

CAP. V.

De

PHTISI.

PHYSIS est vel universalis vel particularis: universalis, quæ totius corporis consumptione fit; Particularis, quæ membri unius. Paracels. tract. vom schvviennen oder schvvinde. sucht. pag. m. 553. libr. v. paragraph. pag. m. 460. & 461. Phtisin non solum pulmonis, sed & aliarum partium morbum dicit; licet frequentius in pulmonibus oriatur, indeq; totius corporis

*Phtisis n.
universalis
& parti-
cularis.*

Paracels. loc. cit. in expos.
text.

text. und hanget dieses vitium nicht allein in pulmone, sondern auch in cerebro, corde, hepate, renibus, liene, und andern partibus, als in carne, ossibus, venis, nervis articularum, synoviâ, medullis &c. Es werden aber unter einem nahmen comprehendiret alle species, vvelche man ex signis, so mancherlei sind, percipirt. Tremor zeigt an das cor consummirt werde: Tussis und puris creatio, ist pulmonis læsi gewisse post. Viele der urin entdecket hepatis und renum vitia: Tussis findet sich auch in hepate affecto: Desgleichen in renibus: Inflammatio, punctiones und seiten schmerzen, zeigen hepatis und lienis consumption an: ardor fellis est ventriculi gravitas & compressio: Caro leidet cavitates & scissuras, so in genubus sehr gefährlich sind: nervi werden contractirt und sanguis exsiccirt: Synovia leidet schmerzen. Vnd das ist partium consumptio, vvelche ohne ihre gewisse schmerzen nicht abgeheth. Die Universal tabes des gantzen leibes ist langsamer und leidentlicher, und extenuirt corpus ohne grosse vvehtagen. vvo sich die hant spaltet, sonderlich um die knie, so ist kein rabt und cur mehr vorhanden.

Galenici Phtisin esse exulcerationem
pulmonis dicunt; Sed malè, phtisis e-
nim & absque exulceratione esse potest. *Galenic.
sentent.
rejiuntur:*
cum interdum tubercula in substantiâ
pulmonum nullam speciem exulceratio-
nis, sed potius Tartari, præ se ferentia ge-
nerentur, quæ tabem inducant, quæ ip-
se, non solum in pulmonibus, sed & in
mesenterio, vasorum lacteorum ruderi-
bus, duorum aridurâ defunctorum pue-
rulorum sectione observavi. Exulceratio-
nem interim non nego, hoc tantum di-
co, in phtisi eam non semper adesse.

*Paracellus lib. v. Paragraphorum de
morbis siccis seu phtisi, causam phtiseos
quam etiam ariduram vocat, ex ele-
menti ignei siccitate oriri asserit, quâ
omnem humiditatem, partiumque nu-
trimentum consumat, non aliter, ut
in tract: von der Schvvindsucht, proli-
xè explicat, ac in macrocosmo sol hu-
miditatem corporum consumat, rema-
nente corpore quasi emortuo, sic & so-
lem microcosmi impressione suâ in par-
tes humani corporis agere, nullâque
subsequente aliâ humiditate in locum*

con-

Sibi con-
cilsatur.

consumitur, siccitatem & phtisin inducere. *Lib. 3. Paramir. de morbis ex Tartaro tract. 4. pag. m. 60.* Phtisin generari ex tartaro pulmonum dicit. & in *scho. in libr. de Tartaro ad cap. 1. pag. m. 173.* Phtisin esse oppilationem de tartaro factam & curam ejus per tartarum. Quæ sic, Tartarum antecedentem, impressionem verò solis microcosmici in corpus, proximam vocando causam, facile conciliabis: Tartarus meatus, quibus aliud nutrimentum in locum consumti deferendum erat, obsidet, aliud humidum non admittendo. Interea humidum illud, quod in parte præexistebat, à sole microcosmi i.e. calido innato consumitur, cumque aliud humidum ob vias obstructas in locum consumti non succedit, pars in siccitatem abit. Quod autem in *tract. cit von der schvindsucht pag. m. 554. & 555.* Obstructionem meatuum causam esse veræ consumptionis neget. Notabis: neque hic sibi contradicere Paracellsum, utpote qui distinctionem ibi locorum addit, inter consumptionem & ariduram, quas diversas species phtiseos constituit; obstructiones meatuum consumptionis, non verò ariduræ cau-

cau-

causam negat: Consumtio fit in parte ob elementi ignei siccitatem, ubi obstructio ut causa proxima locum non habet, sed ariditate ratione causae extra partem mentum obstructione nutrimento transitum prohibente contingit.

Curatio phtiseos praesertim in veteratae non adeo facilis, b motum perpetuum pulmonis, instituitur emendando humores sallos & acidos, qui pituitam coagulant, post Tartarum resolvendo & ulcus consolidando. Laudantur pilula de Cynoglossa, Gummi Tragacanth. olibanum, styrax, Galbanum, Bdellium, Radices Symplicis, Succus glycyrrhiza, Balsus Armenus, Terra sigillata, Corall. r. b. ppt. oculi cancri ppt. esse aceto solutos &c. si simul humor pituitosus expurgandus, pilula de ammoniaco, de Mercurio sive sublimato dulci sive precipitato albo preparatae. Quod si decocta placent aut extracta, preparari poterunt ex plantis aromaticis his

Curatio

R que

que ut vocant cephalicis & pectoralibus, quales sunt Hyssopus, capill. Veneris, scabiosa, Enula campana, betonica, salvia, rosmarinus, majorana: simulque ulceri consolidando Tussilago, marrubium, veronica, hederaterrestis, pulmonaria & verbena conducunt; Item Rad. Symphiti & Therebinthina veneta à drachm. iij. ad unc. ß. His autem Præfertur Mercurius diaphoreticus, qui omnes pulmonis morbos exactè curat. vide Paracels. de rebus natural. cui subscribit Helmontius tract. de Humido radicali pag. no. 55.

Sed pauca in aurem, quibus nullum hætenus in curandâ phtisi præstantius expertus sum medicamentum Mercurio nempe microcosmi quem vid: cap. de Caduco.

Nota bene. Et si sulphur Antimon. inflammabile ritè conficere inque Balsamum reducere potueris. Ita enim Paracels; in phtisi ager est sub imperio

Cap. VI. De Animi &c. 259

rio saturni, qua propter, si hunc mor-
bum perfectè curare velis, eò labo-
rabis, quo saturnus in benignius a-
strum venerem nempè transplante-
tur. Ideoque cura perfecta hectica
& phytseos Antimonium, quia saturn-
um in Venerem transplantat.

CAP. VI.

De

ANIMI DE-
LIQUIO.

ANIMI DELIQUIUM, *Animi deliqui-
um.*
quod secundum gradus
majus vel minus est, ab im-
pedita sanguinis spirituaſcentiã
debita cauſatur, quando vel spi-
ritus generati diſſipantur aut san-
guis nimium coagulatur, ut præ-
peditã volatilisatione ſpiritus in-

R 2

de